



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XIX.

QVAE EST TERTIA,
SVB PIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XIV.
MAII. M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legi-
time congregata, presidentibus in ea eisdem
Apostolice Sedis Legatis, decreta ea, que ho-
die in presenti Sessione statuenda ac sancien-
da erant, iustis nonnullis, ac honestis causis, in-
feriam quintam post proximam solemnitatem
Corporis Christi, que erit pridie nonas Iunii,
prorogandã esse censuit; ac prorogat; dictaque
die Sessionem habendam esse, ac celebrandam,
omnibus indicit. Interea rogandus est Deus,
& Pater Domini nostri Iesu Christi, auctor
pacis, vt sanctificet corda omnium; quo ad-
iuuante, sancta Synodus & nunc, & sem-
per meditari, atque peragere valeat,
que ad eius laudem, & gloriam
pertineant.